

TITVLVS L

Fac ut elegātius studeas loqui; si tuis doct̄us haberī.

Nihil dicas: cum si contentionē utendum sit: non possim aliquid addere.

Nolim tecum contendere: quod si facerē: multa in te falſo dicta coniūcerem.

Habes tu quidē in sensu nihil de litteris sani.

Qd̄ credis de litteris breuiandis: omne falſum est.

Multa in syllabis disiūgēndis singis: quæ nescis tā abdere ut esse uera uideant.

¶ Titulus. I.

¶ Cōminatiua familiaris.

Affecisti tu me quidē iniuria: qui conuitijs famam meā maculare nixus es. **A**t esse me puta non assuetū cōtume- liæ tolerandæ. Reddam tibi sed maiore mensura multo: & nō solū par pari(ut apud Terentiu legi): qd̄ te morde, **T**erentius at) sed tanto magis quāto sum te longe maiore quidē aio. **T**u tamē a tuis nō degeneras: q ea fuere semp cōditione: ut i cōtumelijs & cōuitijs summopere detestādis assidue sunt uerlati. **S**ed cū quo credis agendū eē tibi: qñ mecū. **C**erte cū illo: q multos tui similes castigauit: multos casti- gatur⁹ sum. Interminatū esse me tibi: non multifacies. **A**t id exequar cōminatiōis: qd̄ deinceps magis metuas. **A**ffi- ciā te tanto(nō metu solū) sed dolore: ut possis nō iniuria optasse me tibi fuisse nunq̄ antea cognitū. **F**aciā ut faunus Herculis iētu cadas: aut nan⁹ gigantis p̄cussione delabare. **S**anus sis. Ex Mediolano, xvij. kalēdas Maias.

¶ Cōminatiua familiarissima.

Nō sum ego ex eo passe⁹ genere: qbus fiunt laruæ formi- dables: sed hoc tu tibi non esse prædictū: neges me omni opera curaturū: ut p tuo tam acerbo furore plectaris. **S**unt: ut nō nescis: & amicitiæ tot mibi: & clientelæ ut pos- sim te in ægyptum usq; insequi. **N**ec falli quidem potero: **S**cio q̄ sis intrepid⁹: q̄ elata mente ac supbo spū: q nemine metuas: sed erunt sine insidijs: eæ paratæ vindictæ: q̄s me- tuisse præstiterit. **H**oc aut̄ facili⁹ offēdere: qd̄ lādi a nullo

TITVLVS L

dubitas tantū esse tibi uiriū: tantū facultatū existimas: Re
sipisce. Ex Mediolano, xv. kalendas Maias.

(Cōminatiua grauis.

Aeschines Nihil est durū ut Aeschines inquit: q̄ publicas iniurias per
Thucydides peti. Quid aut̄(ut Thucydides uoluit) tam publicū existi
mari potest: q̄ qd̄ in oīm est ore constitutū: lam uel tonso
res uel ipsi pistores clamitant: fuisse te in nos iniuriū: uio,
lenterq; nobis prædiū ablatū possidere: nec uereri iū,

Diomedes dicitum aliquid: nec nos metuere. Sic solebat Diomedes

Thrax: qui tyrannus acerbissimus omnes afficiebat iniu-
rijs. Sic Antæus qui suo ducebat potentatu confundere
cunctos quire. Qd̄ te cōsilium in hoc perduxit patrandū
sceleris: Quæ tibi confidentia in nos fuit: Habes tu qui-
dem nō nihil pecuniolæ: sed nō tm̄ uel imperij uel poten-

Alcides tiæ ut nulla in te referri uis ualeat. Nō est opus Alcidē re-
nasci: qui te puniat. Animo es perditissimo: sed neq; inge-
nio: nec facultate: quæ uires suppeditet menti. Potes & a
me longe inferioribus lœdi: nec cum magna ui: manu cer-
te parua. Fac igitur ut quando me inimicū maluisti q̄ ami-
cūm: posthac tibi diligenter nocte dieq; caueas: custodi-
ascq; tuam uitam si uis mea non interire opera. Nolim ego
abs te unq;: si vulneribus confossus euaderes: dici prodi-
torem aut perfidum. Leonis ego plus natura delector q̄
tulpis. Nā baud e memoria excidit: qd̄ apud Plutarchū

legi: dicere solitū Agesilaum insidiatorem uel in ara inter-
fici oportere. Nunq; insidiabor: Apertis usum me cō-
minationibus in te probabo. At quo pacto possum ego: non
esse honoris ultor. Præter prædiū meū tam fertile: tā pul-
chrū: tam nobile qd̄ mibi surripuiſti: debacbat⁹ es in me
sine ulla tuæ linguæ mitigatione: ullo fræno: eaq; de meis
& parentibus & moribus dixisti: omni uerborū obſcenit-
tate adbibita: quæ uix ausim de tuis cogitare. At linguam
Bias dicebat prienensis ille Bias: & optimū esse membrum: &
peſſimū. Quid em̄ excellentius q̄ eloquentem audire ui-
rū de bono bene dicentem⁹. At quid foedius: quid inq; (ut

TITVLVS L

inquit Tullius) imanius q̄ eloquentiā ad usum natūrā atq; Tullius in
ad amicitias cælitus datā: ad perniciem hominū cōuerte,
re: Tu uero quasi suauissimo quodam nectare plurimum
oblectaris: maledicentia me fœdere: nec usq; de me in ser/
monē incidit: ne me(nō modo pungas) sed acerbissimis
insectere uerbis. Fingis aut̄ ea de me lcelera: quorum ego
antea neq; nomina quidem audiueram. Id unde audeas
nescio: nisi quia nimis me bonum: nimis inuenisti mitem:
nimis iniuriarū imemorem. Non nego: me solitū iniuria/
rum penitus obliuisci: si eū errati poenituit: qui fuit in me
malus. At si pertinacior es nolim(Apostoli sententia)cru/ Apostolus
delis appellari: qui negligam famā meā. Id em ut obesset
famæ: sic tibi licentiā paret: cæteris exemplis ad om̄e ma/
lignantatis genus. Ut apud Aristotelē uocant insensati: qui Aristoteles
nullā accipiūt ex iucundis rebus uoluptatē: ita quidē non
babent homis quippiā: qui cū eis subtrahit bona fama: nō
excandescūt. Nam ubi etiā tibi nocere nō uelle: in ppul/
sanda iniuria: quicqd agerem: iniust⁹ dīcī nō possem. Do/
cuit em Plato: non esse quemq; iniuria conficiendū: nisi cū Plato
propulsat iniuria. Inferre nō licet iniuriā dicit Pherecy/ Pherecydes
des: propulsando autē inferentē cädere semper licet. Q;
obrem ego prædico tibi: curaturū esse me om̄ni diligētia:
ut tibi nō oris fæditate: sed re ipsa reponam: ut uerberib⁹
ad mortē usq; cæsus resipiscas: fiasq; aliquādo tuae linguae
compos. Id si times(ut timere te certe scio q̄uis non simu/
les uereri) fac ut prædiūm restituas meo uilllico: fructusq;
quos iam circiter annos tris q̄diu in britānia abfui: perce/
pisti: continuoq; apud om̄nis apud quos meæ detraxiſti
laudi: restituas mibi famā: & euangelico instituto: mētitū
te dicas cū detraxiſti: & me nō solū mitigabis: sed ad uerā
inconcuſſamq; amicitiam pacatissimū reddes: ita quidem
ut nibilo ſim tibi defuturus: qđ in me ſit magis q̄ fratri. Q;
ſimeam banc neglexeris cōminationem: uel quia nolis in
ferior me uideri: uel quia ut es petulans: ſis etiā temerari⁹:
teq; plurimi faciēs cæteros aspnere. nec tuas uires: nec al-

TITVLVS LI

terius metare cuiusq; non multo postea procurabo: quis
dus manifesto cognouisse fatearis: quātū inter asinū inter-
sit & leonē. Scis quæ mibi sint & diuitiarū fundamenta &
famulorū clientūq; turbæ. Te tibi uendica: nec in id inci-
das discriminis: unde facile nequeas regredi. Ex Medio-
lano. xiiij. kalēdas Maias.

Synonyma cōminatiua.

Ego tibi ob tuas i me collatas iniurias: interitū pcurabo.
Cave tuæ uitæ: cui⁹ ego finē omni diligentia quærā.
Nihil plus appeto q̄ tuam necem.
Sum in te interimendo cōtinue occupatus.
Amici mei nibilo se nūc sciunt mibi potius gratificaturos
q̄ si te cädent.
Proditorē me nemo dicet: tibi mortē interminor.
Hæc epistola sit tuæ mortis tibi cōminatiua.
Tanta me nō cōtumelia solū: sed iniuria cōfecisti ut mor-
tem tuā sim omni studio pcuraturus.
Habes me tuū assiduū hostem.
Nunq̄ hoc tibi remittā in me crimen.
Tam me turpiter affecisti: ut sim nullis temporū discursi-
bus indulturus tuæ culpæ.
Tua in me malignitas quotidianam ultionē expectat.
Nulla mea simulatione aut dissimulatiōe: indultum ab me
tibi iudica.
Semper ero curiosus tuæ ignominiae.
Assidue in tuis ero damnis occupatus.
Cū tutiore te loco censem: maiora mea sollertia tibi tunc
iminebunt pericula.
Nulſq; esse te securiorem a me iudicato: q̄ ubi luce funditus
eris.

Titulus.ij.

Belli editiua familiaris.

Vt naturæ bonorum omniū pax est iucundissima: sic ab
ingenio meo semper alienum fuit bellum. **A**t cū pace ui-
uere non licet: nō laudat mīn⁹ apud doctos Mars æquus